

BOLLETTINO

DEI

Musei di Zoologia ed Anatomia comparata

della R. Università di Torino

N. **232** pubblicato il 2 Marzo 1896

VOL. XI

Dott. ACHILLE GRIFFINI

ORTOTTERI

raccolti nel DARIEN dal dott. E. Festa

I.

Fanerotteridi, Pseudofillidi, Conocefalidi e Grillacridi.

Gli Ortotteri raccolti recentemente dal D.r E. Festa nel Darien, e generosamente donati al Museo Zoologico di Torino, sono numerosissimi e molto interessanti, poichè appartengono ad una regione la cui fauna entomologica fu finora poco nota.

Le quattro famiglie infatti, oggetto di questo mio studio, presentano sopra un totale di 32 specie il notevolissimo numero di 12 specie nuove e di due sottospecie pure nuove. Queste raccolte fanno pure conoscere in più casi uno dei sessi, finora ignorato, di specie poco note, e forniscono per varie altre dei dati importanti circa la variabilità di alcuni caratteri.

La classificazione da me seguita è quella delle monografie ben note di Brunner e di Redtenbacher. — Devo avvertire che tutti questi insetti vennero conservati per alcuni mesi in alcool, e ciò affinchè si tenga il dovuto conto delle colorazioni che qui si trovano descritte.

FANEROTTERIDI.

1. Gen. **Microcentrum** (Scudd.) Brunn.

M. lanceolatum (Burm).

Phylloptera lanceolata Burm (1) p. 692 — *Microcentrum lanceolatum* Brunn (2) p. 335, tab. VII, fig. 97 — (3) p. 179.

2 ♂ e 2 ♀ — Punta di Sabana (Darien).

2 Gen. **Phylloptera** (Serv.) Brunn.

Ph. Festae n. sp. — ♂ — *Tota pallide viridi-flavescens, haud nitida, sed opaca et fere pruinosa, fronte valde reclinata, elytris lineis perobsoletis circiter 4 fuscioribus, obliquis, tantum maxima attentione conspiciendis, a punctulis confectis, in campo ulnari et parum sub hoc perductis, praeditis; statura modica.*

Caput sat parvum, pallidum, fronte valde reclinata, subnitida, longitudinaliter sat tumescente, lateribusque compressa, utrinque longitudinaliter carinulata, fastigio macula subovali eburnea ornato; epistoma albidum; labrum et palpi albidoflava; genae, post compressionem lateralem frontis, sat tumidae; oculi globosi, prominuli, anterieus tamen et supra vergentes, ibique convexiores, grisei; antennae gracillimae, articulo etiam primo basali sat gracili, basi flavidae, deinde ferrugineae; fastigium verticis acuminatum, supra sulcatum, cum fastigio frontis haud contiguum; occiput planiusculum. — Pronotum totum viridi-flavescens, haud nitidum, supra inaequale, idest ad sulcos anticos et medios transversos subconcauum, dein subconvexum; margo anticus pronoti concaviusculus, margo posticus rotundatus. In tertia parte antica sulci duo transversii laterales, sat breves sed extus in lobos deflexos descendentes, conspiciuntur; dein adest sulcus medius late V-formis, postice (idest ad verticem) fere lyratus; sulculus longitudinalis medius tantum apicalis postea conspicitur. Lobi deflexi rotundato-inserti, nullam carinulam cum dorso efficientes, angulo insertionis haud fuscioie, rotundato, parum expresso; obsolete altiores quam longiores (hoc postice magis videtur, quia postice lobi quam antice altiores); margo anticus horum loborum subrectus, supra levissime concaviusculus; margo inferus limbatus, subrotundatus, anterieus, supra coxas anticas, obsolete sinuatus; margo posticus satis sed parum conspiciue rotundatus, fere rectus, sub angulo inflexionis rotundato-obtusus. — Elytra ampla, ovalia, in medio latiora, viridi-flavescentia, opaca; ramo radiali medio oriente, in tertia parte basali furcato; venis transversis sat regulariter oblique dispositis, fere ut in fig. 89 Brunneri (2); margines elytrorum concolores; apex sat rotundatus. Lineae vittaeformes obsoletissimae, fusciores, 4-5, obliquae, inter se parallelae et aequidistantes, in utroque elytro postice (idest supra), attentione maxima conspici possunt; haec lineae a punctulis minutis confectae. Campus tympanalis carinulis lateralibus expressis, crenulatis, vena plicata elytri sinistri bene expressa. — Alae albidohyalinae, ultra elytra perparum productae, parte producta ut elytra viridi-flava. — Pectus modice compressum; prosternum muticum; mesosternum lobis triangularibus sat acutis; metasternum lobis rotundatis, inferius, extus, obtuse angulatis, praeditum. — Pedes sat breves et sat crassiusculi, obsolete puberuli, omnes et toti viridi-flavescentes. Femora

antica et intermedia subcylindrica, compressiuscula, subtus, in margine antico 3-5 spinulosa; femora postica dimidia elytrorum longitudine subbreviora, basi modice incrassata, subtus, in margine externo (antico) 11-13 spinulosa, in margine interno 6-spinulosa. Tibiae anticae utrinque foramine concolore aperto instructae, supra inermes, subtus, in utroque margine 4-spinulosae, tibiae intermediae supra, in margine postico, 2-3 spinulosae; subtus, in utroque margine circiter 6-spinulosae; tibiae posticae multispinulosae. — Abdomen albido-flavum, pruinatum, crassiusculum. Segmentum anale truncatum; lamina supraanalis inflexa, apice rotundato-acuminata, supra obsolete longitudinaliter ter sulcata, sulculis basi magis perspicuis. Cerci rufi, pilosi, apice parum inflexo, supra nigro et denticulo sat acuto praedito. Lamina subgenitalis lata, brevis, medio longitudinaliter carinata, stylis brevissimis instructa.

Long. corp.	mm. 29	Long. partis alarum prod.	mm. 2
» pronoti	» 7	» femor. antic.	» 5,5
» elytrorum	» 40	» femor. postic.	» 19,5
Latitudo maxima elytr.	» 15		

Un ♂ — Punta di Sabana (Darren).

Ph. Finoti n. sp. — ♂ — *Pallide viridi-flavescens, subopaca, fronte regulariter subperpendiculari, pronoti disco pone medium fusco-purpureo, nigro limbo, ibique macula magna cordiformi aurantiaca media ornato, cuius vertex marginem anticum partis fusco-purpureae attingit, dum basis lata marginem posticum hujus partis (id est marginem posticum pronoti) tangit. Statura submodica.*

Caput modicum, pallidum, totum flavido-albidum, fronte regulariter subperpendiculari, sat tumescente, lateribus sat compressa et sensim longitudinaliter utrinque carinata; oculi globosi; antennae gracillimae, articulo etiam basali sat gracili, basi flavidae, deinde subferrugineae. Occiput parum convexiusculum; fastigium verticis acuminatum, supra sulcatum, cum fastigio frontis apice subcontiguum. — Pronotum haud nitidum, maxima ex parte pallide viridi-flavescens, disco pone medium purpureo velutino, nigro sat subtiliter limbo, macula magna cordiformi aurantiaca ornato, cuius vertex, anterieus situs, marginem anticum partis purpureae usque ad medium limbi nigri attingit, dum basis lata marginem posticum huius partis una cum marginem posticum pronoti tangit. Pars antica dorsi pronoti et lobi laterales hinc illinc parum distincte infuscati; praecipue in dorso pronoti vittae laterales transversae supra inflexionem loborum etiam perductae et inferius parum continuatae, subfuscae, sat obsoletae, videntur forte in vivo conspiciendae. Dorsum pronoti anterieus modice angustius quam postice, sulco medio late V-formi praeditum et sulculis duobus lateralibus transversis anticis. Lobi laterales angulo obtusissimo inserti, fere rotundato-inserti, angulo inser-

tionis haud fuscior; altiores quam longiores, margine antico obsolete subconcavo, margine infero sat discrete rotundato. — Elytra modice ampla, ovato-lanceolata, in medio latiora, viridi-flavescentia, subopaca, textura venularum sat tenera sed creberrimam ac minutam reticulationem efficiente; ramo radiali in tertia parte basali furcato. Margines elytrorum concolores; margo superus (posticus) rotundatus, margo inferus (anticus) subrectus; apex rotundatus. Campus tympanalis carinulis lateralibus expressis, minute crenulatis, vena plicata elytri sinistri bene expressa. — Alae albido-hyalinae, ultra elytra sat productae, parte producta ut elytra viridi-flavescente. — Pectus sat compressum; prosternum muticum; mesosternum lobis triangularibus sat acutis; metasternum lobis rotundatis praeditum. — Pedes modici, omnes et toti viridi-flavescentes. Femora antica et intermedia compressa, subtus, in margine antico, 1-4 spinulosa; femora postica elytrorum dimidiam longitudinem superantia, basi incrassata, subtus, in margine externo circiter 6-spinulosa, in margine interno circiter 4-spinulosa. Tibiae anticae utrinque foramine aperto, maxima parte basali nigro, instructae; supra perobsolete sulcatae, atque excepta spina apicali inermes; subtus in utroque margine 3-4 spinulosae, basi spinularum nigricante. Tibiae intermediae supra sulcatae, et in margine postico, excepta spina apicali, 1-spinulosae; subtus in utroque margine circiter 7-spinulosae, basi spinularum obsolete nigricante. Tibiae posticae multispinulosae. — Abdomen viridi-flavescentis. Segmentum anale truncatum; lamina supraanalis inflexa, sulcata. Cerci ♂ conici, pilosi, flavo-rufescentes, apice perparum inflexo supra denticulis nigris sat acutis 3-4 praedito; lamina subgenitalis sat lata, carinulata, styliis brevissimis instructa.

Long. corporis	mm. 21	Long. partis alarum prod.	mm. 3,5
» pronoti	» 5,3	» fem. antic.	» 5
» elytrorum	» 34	» fem. postic.	» 18
Latitudo maxima elytr.	» 10,5		

Un ♂ — Punta di Sabana (Darien).

3. Gen. **Hyperphrona** Brunn.

H. irregularis Brunn.

Hyperphrona irregularis Brunner (3), p. 168, ♂.

Una ♀ — Foreste lungo la laguna della Pita (Darien).

Il D.r Brunner non descrisse che il ♂ di questa bellissima specie. Credo utile il dare qualche cenno della ♀ raccolta dal D.r Festa.

Questa ♀ corrisponde in generale alla diagnosi di Brunner; vanno però fatte le seguenti osservazioni. Il capo è piccolo, pallidissimo, quasi bianco; il primo articolo delle antenne è quale fu descritto da Brunner pel ♂, il secondo anteriormente ha i margini superiore ed inferiore neri, collegati longitudinalmente da una fascia anteriore nera; gli altri arti-

coli sono esternamente bruni, internamente nerici e con tutta la base giallognola. Il pronotum non presenta nulla di notevole, fuorchè i lobi laterali « *rotundato-inserti* ». Le elitre nella parte più ampia misurano in larghezza circa due volte e mezza la lunghezza del pronotum. Esse sono verdi-giallognole, colle vene radiali rossiccie, ornate poi sulla vena ulnare di tre belle macchie quasi ellittiche, di un bianco d'avorio, lievemente circondate di bruno; le vene trasversali ramificate che si innalzano da queste macchie verso l'orlo superiore (posteriore) delle elitre sono esse pure lievemente circondate di bruno, essendo queste tinte brune costituite tutte da punticini, ossia essendo solo di tal colore le minute areole fra le piccole e fitte vene minori che formano il reticolo fondamentale dell'elitra in quella parte, non invece le vene stesse. Anche le vene trasversali contigue al margine superiore (posteriore) delle elitre, principalmente quelle basali, sono pure analogamente circondate un po' di bruno. Delle 3 macchie bianche la prima è un po' maggiore della seconda e questa lo è distintamente della terza, la prima inoltre è assai leggermente più distante dalla seconda che non questa dalla terza. L'ovopositore è curvo, arcuato, giallastro, coll'apice alquanto dilatato, bruno, e l'estremità appuntita; i suoi margini nella metà apicale sono minutamente seghettati. La lamina sottogenitale è piccola, triangolare, carenata. Le dimensioni di questa ♀ sono le seguenti:

Long. corp.	mm. 26	Long. fem. antic.	mm. 7
» pronoti	» 6	» fem. postic.	» 22
» elytror.	» 39	» ovipositoris	» 7,5

4. Gen. **Anaulacomera** (Stål) Brunn.

A. Darwini subsp. **darienica** mihi — ♂, ♀ — *Gracilis, tota pallide viridi-flavescens, cercis ♂ abnorme longissimis; A. Darwinii* Scudd. [(8), pag. 19, tab. III. f. 1, 4, 5] *simillima, cercis ♂ tamen valde longioribus, necnon aliis notis, recte distinguenda*

Statura gracili. — Caput modicum, pallidum; fronte laevi, cum labro et palpis albedo-flava; oculi globosi, nigro-fusci, haud parvi. Fastigium verticis compressiusculum, supra sulcatum, lateribus sulci subtiliter rufo limbatis, sulco tamen in apicem fastigii non perducto; hoc apex latiusculus, teres, rotundatus, cum fastigio frontis lineola subcontiguus (hoc tamen haud tangens). Fastigium frontis macula ovali pallida, parum conspicua, ornatum. — Pronotum supra planum, margine antico recto, postico sat rotundato, disco impressione media lyrata, necnon lineola media longitudinali impressa, a basi impressionis lyratae usque ad marginem posticum dorsi perducta atque a sulculo perobsoleto transverso cruciatim secata, notato. Lobi deflexi perpendiculares, angulo acuto inserti (vertex tamen anguli rotundatus), perfecte aequae lati ac longi, primo intuitu altiores quam longiores, carinulam nullam cum dorso in

linea inflexionis efficientes. Color pronoti viridi-flavescens, in ♀ unicolor, in ♂ minute obsoleteque hinc illinc fusco conspersus, fere infumatus; lineae tamen laterales inflexionem loborum lateralium supra limitantes sunt flavidae. — Elytra angusta, marginibus subrectis, subparallelis, apice rotundata, sensim elongata, viridi-flavescentia, subpellucida, textura tenera, circiter ut in figura 85 Brunneri (2) venosa, venis tamen minus flexuosis, venulisque magis confertis praedita; ramo radiali distinctissime ante medium furcato, fere in tertia parte basali. Campus tympanalis modice productus; tympanum dextrum in ♂ pellucidum, intus parum fusco-marginatum; tympanum sinistrum ♂ fusco-nigrum. Campus tympanalis elytri dextri in ♀ punctulo fusco notatus. — Alae limpidae, hyalinae, venis pallidis, elytra superantes, parte ultra elytra producta ut elytra pallide viridi-flava, subpellucida. — Pectus compressiusculum; prosternum inerme, mesosternum et praecipue metasternum rotundatim lobata. — Pedes graciles, viridi-flavescentes, unicolores, obsolete puberuli. Femora antica et intermedia teretia, subtus haud sulcata. Femora antica subtus in margine antico 1-3 spinulosa; femora intermedia eodem loco 3-4 spinulosa; femora postica, basi incrassata, subtus in utroque margine dimidiae partis apicalis spinulosa, spinulis marginis externi circiter 4-5, marginis interni 3-4. Tibiae anticae et intermediae supra teretes; anticae foramine utrinque aperto et pone foramine subito angustatae, supra 1-2 spinulosae, subtus 3-4 spinulosae; tibiae intermediae supra inermes, subtus, in utroque margine circiter 6-8 spinulosae; tibiae posticae plurispinulosae. — Abdomen modicum, flavido-viescens, fusco punctulatum. Segmentum anale ♂ truncatum, margine postico supra leviter concavo; lamina supraanalis ♂ circiter ut in fig. 5 Scudderi [(8), tab. III] confecta, sive in lobum sat longum, teretem, pilosulum, apice crassiusculum, ibique leviter concavum et in concavitate carinulam parvam longitudinalem gerentem, producta. Sub lamina aculeus conspicitur ut in *A. Darwini*. Cerci ♂ circiter ut cerci *A. Darwini* confecti sed valdes longiores; hi cerci sunt abnorme longi, horizontaliter producti, recti, basi tantum levissime incurvi, pubescentes, in quarta parte apicali spina longa externa, sursum vergente, compressiuscula, primo intuitu articulatim inserta, quamvis hoc non sit, armati. Pars cercorum maxima, idest pars a basi usque ad spinam perducta, cylindrica; pars pone spinam compressiuscula, intus longitudinaliter sulcata, apice subdilatata, apice ipso intus tuberculato et extus appendiculo helicoidali, idest spiraliter contorto, praedito. Lamina subgenitalis ♂ pilosula, apice incisa. Lamina supraanalis ♀ sat parva, obtusa; cerci ♀ breves, conici; ovipositor pronoto subduplo longior, modice latus, subrectus, obsolete punctato-rugulosus, margine supero lenissime subconcavo, margine infero post basim subrecto, deinde arcuato-convexo, utroque margine in dimidia parte apicali minutissime serrulato, apice acuto.

	♂	♀		♂	♀
Long. corp.	mm. 13	17,5	Long. fem. antic.	mm. 3	4,5
» pronoti	» 3,5	4	» fem. postic.	» 12,8	15,8
» elytrorum	» 20,5	25,5	» ovipositoris	» —	9
Latitudo max. elytr.	» 3,5	4	» cercorum	» 8	—

Un ♂ — Punta di Sabana (Darlen).

Una ♀ — Foreste del Rio Cianati (Darlen).

Come sopra accennai, questa *Anaulacomera* è assai simile alla *A. Darwini* Scudd., ma presenta i cerci del ♂ molto più lunghi e qualche altra differenza. Qui però convien osservare come le figure dello Scudder siano poco attendibili; infatti nella fig. 5 si vede, per es., il ramo radiale dell'elitra spuntare dalla base di questa, il che è assolutamente impossibile; così nella fig. 4 la lamina sopraanale del ♂ assume tutt'altro aspetto che non nella fig. 5: anche i lobi laterali del pronotum che secondo la descrizione dovrebbero esser alti quanto lunghi, nella fig. 5 sono assai più lunghi che alti. Con simili inesattezze poco si può tener conto degli altri caratteri.

Supponendo che i cerci disegnati da Scudder (figg. 5 e 4) sieno esattamente rappresentati, allora si può osservare che nella subsp. *darlenica* la spina interna della parte apicale è più stretta e ben più lunga, raggiungendo la lunghezza della parte di cerci che rimane dopo di essa.

5. Gen. **Anepsia** Brunn.

A. tessellata subsp. **obtusa** mihi — ♂, ♀ — *Saturate testacea, valde (praecipue in ♂) fusco-conspersa; statura modica. A. tessellatae Sauss. (α) similis, lobis tamen deflexis pronoti angulo obtuso (interdum subrecto sed persaepe obtusissimo) insertis, necnon nonnullis aliis notis, statim distinguenda).*

Caput modicum, sat parvum, obsolete subcompressum. testaceum; fronte, labro, palpisque pallidioribus; occiput, praecipue ad latera, fuscior, minute fusco-irroratum, praesertim saepe lineolis duabus longitudinalibus sinuatis, antierius ad verticem convergentibus, a punctulis confectis, fuscis, ornatum. Fastigium verticis sulculo longitudinali praeditum, apice tamen haud sulcatum et apice ipso pallido, obtuse rotundato, nitido, articulo primo antennarum fere aequilato; cum fastigio frontis lineola contiguum. Frons interdum punctulis fuscis conspersa; oculi oblongi, obsolete fusco longitudinaliter lineato-conspersi; antennae pergraciles, saturate testaceae, albo et nigro annulatae, annulis albis minoribus annulos nigros praecedentibus. — Pronotum subunicolor, testaceum; supra planum, rugulosum, antice parum angustius quam postice, margine antico concavo, postico sat late rotundato: pars postica disci

(α) *Phylloptera tessellata* Sauss. (7), p. 129 — *Anepsia tessellata* Brunn. (2), p. 269, tab. VI, f. 82.

interdum punctulis elongatis nigro-fuscis conspersa et per exceptionem etiam punctis duobus maioribus fuscis, aut lineola supra carinulam mediam longitudinalem apicalem perbrevev fusca, notata; parum ante medium impressio late V-formis vel late lyrata conspicitur. Lobi laterales angulo semper obtuso (interdum subrecto, sed persaepe obtusissimo) inserti; vertex tamen huius anguli subrotundatus. Hi lobi perpendiculares, angulum diedrum rectangulum cum parte supera pronoti efficiunt valde expressum, quia lineae laterales superae inflexionem loborum delimitantes, fere carinatae; saepe haec carinulae inferius distincte fuscae, seu fusco-vittatae. Lobi laterales parum altiores quam longiores, regulariter rotundati, margine antico supra subconcavo et inferius obsolete sinuato; testacei, marginibus omnibus subtiliter limbatis et fusco-tessellatis, idest punctis nigro-fuscis ornatis inter se aequidistantibus, spatios marginales lineares testaceos inter se limitantibus. — Elytra ampla et longa, ovato-elliptica, apice rotundata, ut in figura 82 Brunneri (2) venosa, venis, exceptis radialibus, sat parum expressis; perparum nitida, folias siccas sat bene imitantis, saturate testacea vel testaceo-fusca, irregulariter et summa variabilitate fusco ac nigro-fusco conspersa, venis maioribus plerumque totis flavo-testaceis. In campo antico elytrorum, ante (idest subtus) venas radiales, puncta sat magna nigro-fusca, cuius centrum distincte est testaceum, semper conspiciuntur; haec puncta, plus minusve expressa et numero variabili, in lineas longitudinales plerumque duas videntur irregulariter disposita. Margo inferus (anticus) elytrorum irregulariter et minute fusco-punctatus. In reliqua maxima parte elytrorum puncta irregularia, crebra, irregulariter disposita, fusca, quorum majora magnitudinem punctorum anteradialium raro attingunt, dum etiam centrum pallidum gerunt, conspiciuntur. In hac parte insuper, maculae 3-6 irregulares, variabilissimae, sat magnae, fuscae, centro irregulariter pallidiore, fere in lineam longitudinalem dispositae, adsunt; secunda et tertia saepe majores et magis conspicuae. Margines elytrorum magis crebre fusco minute conspersi; margo superus (posticus) a punctis creberrimis nigro-fuscis, nigro-fusco et testaceo tessellatus. Margines campi tympanalis in ♂ fusci, carinis laevibus; macula magna nigro-fusca praecipue in ♂, campum tympanalem postice limitat et sequitur, in marginem superum (posticum) elytrorum perducta. Campus tympanalis in utroque sexu atque in utroque elytro sat productus, margine interno sat rotundato, vena plicata testacea in elytro sinistro ♂ bene expressa; campus huius elytri circum venam parce fusco-conspersus, vel fusco-punctatus, deinde plica transversa lata, concava, ut campo elytri dextri impresso et post plicam a macula magna postica nigro-fusca, de qua supra dixi, limitatus. Pars marginis superi (postici) elytrorum quae campum tympanalem sequitur et in quam macula postica continuatur, punctis nonnullis etiam nigro-fuscis sat magnis,

centro pallido praeditis, est ornata. — Alae hyalinae, elytra superantes, parte producta subtriangulari, ut elytra testacea, irregulariter et sat crebre fusco et maculis punctiformibus fuscis conspersa. — Pectus sat compressum; prosternum inerme, mesosternum lobis rectangulis praeditum, apice tamen angulorum sensim acuto, metasternum lobis rotundatis. — Mesothorax et metathorax lateribus fusco notata. — Pedes sat graciles, testacei, fusco-variegati, minute pubescentes. Femora omnia subtus a spinulis nigris cuius basis etiam regulariter est nigra, nigro et testaceo tessellata in margine infero videntur. Femora antica apicem fuscum saturationem et anulum medium subfuscum dilatius, saepe inconspicuum, necnon punctulos crebros fuscis, gerunt; femora intermedia apice tantum parum fusciora sed tota minutissime fusco-conspersa, et supra, ut antica, serie punctorum flavidorum ornata, quamobrem supra flavido et fusco-testaceo videntur tessellata. Tibiae anticae foramine utrinque aperto, pallido, praeditae, geniculo tamen fusco, annulo nigro-fusco lato sub foraminis, dein annulo pallido, caeterum fuscae, annulo tantum pallido obsoleto post anulum pallidum foramina sequentem, notatae. Haec omnia praecipue postice observanda. Tibiae intermediae testaceae, annulis fuscis tribus ut spatiis inter annulis latis testaceis, ornatae. Femora postica basi incrassata, testacea, minute creberrimeque fusco-conspersa (praecipue supra); in parte basali dilatata, extus et supra spatiis haud fusco-conspersis, idest testaceis, crebris, regulariter confertis, subrotundis, squamas imitantibus, praedita. Tibiae posticae femora postica parum superantes, nigro-fuscae, vel fusco-ferrugineae, post basim annulo sordide testaceo interdum ornatae. Tarsi testacei. Femora compressa; antica subtus spinulis 5 in margine antico praedita; intermedia spinulis 6-7; postica in margine externo subtus 11-13 spinulosa, spinulis nigris, spinulis basalibus obsoletis sed a parva macula nigra indicatis, in margine interno spinulis circiter 7-10 nigris armata Tibiae anticae et intermediae supra sulcatae; anticae supra in margine postico (externo) 4-5 spinulosae, spinula prima infra foramina sita, in margine antico inermes; intermediae supra in margine postico 7-8 spinulosae, in margine antico 5-7 spinulosae; haec tibiae subtus, ut posticae, omnibus marginibus multispinulosae. — Abdomen sat breve, testaceum. Segmentum anale ♂ truncatum, leviter emarginatum; lamina supraanalis ♂ inflexa, sat rotundata; apice tamen acuta, basi concavo-sulcata. Cerci ♂ crassiusculi, conici, pilosi, rufo-testacei, modice breviusculi, apice mucrone modice incurvo praediti, basi mucronis nigra. Lamina subgenitalis ♂ modica, basi convexa, apicem versus attenuata, ibique ter-carinulata, apice ipso subconcavo-truncato, stylis brevibus apice nigris, instructa. Segmentum anale ♀ longitudinaliter concavo-sulcatum; lamina supraanalis ♀ inflexa, sulcata; cerci ♀ conici. Ovipositor pronoto longior, falcatus, incurvus, minute granulato longitudinaliter rugulosus, margine

supero basi curvato-concavo, dein subrecto, margine infero regulariter curvato-convexo, apice fere utrinque laevi, apice ipso minutissime serrulato. Lamina subgenitalis ♀ parva, triangularis, sulcata.

	♂	♀		♂	♀
Long. corporis	mm. 23-29	21-30	Long. fem. antic. mm.	7-7,5	
» pronoti	» 6		» fem. postic. »	26-29	
» elytror.	» 37-44		» ovipositoris »	—	8,5
Latit. elytr. maxima »	15-16				

Un ♂ ed una ♀ — Foreste della laguna della Pita (Darrien).

Tre ♂ e due ♀ — Foreste del rio Cianati (Darrien).

6 Gen. **Pucestes** (Stål) Brunn.

P. sp.

Una larva ♀ abbastanza sviluppata, non determinabile specificamente, però riferibile forse al *P. dentatus* Stål.

Foreste del rio Lara (Darrien).

7 Gen. **Ceraia** Brunn.

C. Peraccae n. sp. — ♂ — *Tota viridi-flavescens, nitida, elytris atisque longissimis; statura modica sed sat robusta.*

Caput modicum, pallide flavidum totum, fastigio frontis puncto pallide rufo notato; fastigium verticis cum fastigio frontis lineola contiguum, supra sulcatum; oculi magni, globosi; occiput parum convexum; antennae graciles, rufae, articulis singulis apice fuscioribus, articulis 2 basalibus ut fronte pallide-flavidis. — Pronotum pallide viridi-flavescens, obsolete rugulosum, antice parum angustius quam postice, margine antico recto, postico late rotundato; disco punctis impressis inaequali, anterius utrinque sulculo transverso sat impresso praedito; post hos sulculos utrinque punctum, deinde sulcus medio situs, ample lyratus, et sulcus transversus posticus carinulam transversam includens, adsunt. Lobi deflexi rotundato-inserti, altiores quam longiores, obsolete rugosuli. — Elytra nitida, valde longa, parum lata, tota viridi-flavescentia, areolis tamen superioribus (posticis) minutis creberrimis puncto perobsoleto rufo repletis, necnon paucis punctis perobsoletis in lineam longitudinalem mediam alineatis, perparum perspicuis, ornata. Haec elytra sat coriacea, textura tamen tenera, venis (exceptis radialibus) modice expressis, venulisque confertissimis reticulata. Venae radiales a medio sat divisae; ramus radialis a medio furcatus; venae transversae sat regulariter inter se parallelae; campus tympanalis elytri sinistri minute conferteque reticulatus, vena transversa subobliqua plicata optime expressa, margine interno (postico) antice oblique truncato. Apex elytrorum obtusus. — Alae hyalinae, ultra elytra productae; parte producta viridi-flavescente, margine supero (postico) et angulo apicali

subtiliter sed sat distincte rufis. — Prosternum muticum; lobi mesosternales triangulares; lobi metasternales rotundati. — Pedes ut corpus viridi-flavescentes. Pedes postici longissimi, antichi ed intermedii modici, sat breves. Femora compressiuscula; antica et intermedia subtus inermia, postica basi sat incrassata, subtus, in margine interno spinulis 6 fuscis, et in margine externo spinulis 5-6 etiam fuscis praedita. Tibiae anticae foramine utrinque aperto et nigrato praeditae, supra, in margine externo (postico) 3-4 spinulosae, spinula prima basali pone foraminis sita; tibiae intermediae supra, in margine postico, 6-spinulosae. Tibiae posticae multispinulosae. — Abdomen sat breve; segmentum anale margine postico inflexo, concavo, utrinque appendici brevi, crassiuscula, tuberculiformi instructum. Cerci sat robusti et breviusculi, pilosi, punctati, apice mucrone nigro nitido, acuminato, intus inflexo, longitudinem cerci fere aequante, armati. Lamina subgenitalis pubescens, longa, parum lata, marginibus semper parallelis, apice ipso tamen levissime latiuscula, ibique perparum, fere obsolete, concavo-emarginata, lateribus apicis paullo obliquis, stylos minimos, aegerrime perspicuos, gerentibus. Haec lamina subtus in duas tertias partes basales longitudinaliter carinulata; lateribusque externis totis carinulato-marginatis, carinulis tamen tere-tibus, haud angulatis.

Long. corpor.	mm. 24	Long. partis alar. productae	mm. 8
» pronoti	» 7	» femor. antic.	» 5,5
» elytror.	» 45	» femor. postic.	» 32
Latit. elytr. maxima	» 10	» laminae subgenit.	» 6

Un ♂ — Punta di Sabana (Darrien).

Questa specie ha qualche affinità colla *C. punctulata* (Br.), ma ne è molto distinta per la fronte, la base delle antenne e le zampe del colore del corpo, non rossiccie, inoltre per la maggior lunghezza delle elitre e dei femori posteriori, per le spine di questi e delle tibie anteriori, nonchè per la struttura degli organi sessuali.

8 Gen. **Scudderia** (Stål) Brunn.

S. Paronae n. sp. — ♂ — *Tota viridi-flavescens, nitida; statura submodica, gracili. Processus analis insignis, supra furcato-bilobus, inferius inter cercos in appendicem inflexam calcariformem productus.*

Caput modicum, pallide viridi-flavescens totum, labro albido-flavo; frons hinc illinc nebulis obsolete, saepe punctiformibus, ornata, fastigio macula ovali rufa perobsoleta notato, cum fastigio verticis non perfecte contiguo. Oculi sat magni, globosi, prominuli, grisei; occiput perparum convexum; fastigium verticis compressum, apice tuberculatum, supra subconcavum, subsulcatum. Antennae sat graciles, basi viridi flavescentes, dein annulis latis fuscis et flavidis ornatae. — Pronotum nitidum, totum

viridi-flavescentia; supra planum, sulculo unico medio Y-formi bene impresso; margine antico recto, margine postico rotundato. Lobi laterales rotundato-inserti, carinulas nullas, neque obsoletas, cum dorso efficientes; inferius et postice limbati; aequae alti ac longi, subtus et antierius perfecte rotundati, postice oblique subtruncati. — Elytra nitida, perparum lata, tota viridi-flavescentia, apicem femorum posticorum distincte sed perparum superantia, apice rotundata, more solito elytrorum Scudderiae et Ceraiae venosa; venis haud flexuosis, textura tenera, ramo radiali parum ante medium furcato; campus tympanalis elytri sinistri horizontaliter optime productus, minute confertaque reticulatus, vena transversa subobliqua plicata bene expressa, margine interno antice oblique truncato. — Alae hyalinae, ultra elytra productae, parte producta subtriangulari, viridi-flavescente. — Pectus sat compressum; prosternum muticum; mesosternum et metasternum lobis rotundatis parvis instructa, supra coxas nullo modo extensis. — Pedes viridi-flavescentes, obsolete puberuli, sat longi, spinulis nigris vel apice (in pedibus posticis) nigris. Femora antica et intermedia subcylindrica, subtus obsolete sulcata, inermia; femora postica basi parum incrassata, subtus, in margine interno, 3-spinulosa, in margine externo 1-spinulosa, spinulis perparvis, apice nigris. Tibiae anticae foramine utrinque aperto et utrinque intus modice nigro-limbato instructae, pone foramina subtus angustatae, supra subsulcatae, in margine externo (postico) 5-spinulosae, spinula prima basali infra foraminis sita; inferius in utroque margine 6-spinulosae. Tibiae intermediae supra subsulcatae, in margine postico 7-spinulosae, subtus in utroque margine circiter 8-spinulosae. Tibiae posticae multi-spinulosae. — Abdomen flavidum; segmentum anale in processum insigne, cuius pars superior circiter ut in figura 72 a Brunneri (2) est confecta, productus. Apex partis superioris huius processus apicem laminae subgenitalis incurvae tangit, neque unum alium superat. Haec pars superior, subtriangularis, rufa, praecipue subtus fuscior, apicem versus constricta et deinde in lobos duos sat crassos, obtusos, nitidos, parum (circiter subduplo) longiores quam latiores, furcata; latera huius partis superioris usque ad lobos limbata. Inferius, sub basi constrictionis subapicalis partis superioris, processus valde est incrassatus, inter cercos descendit sulcatus, subconcauus, et infra cercos appendicem inflexam obliquam, postice directam, compressam, a latere visam fere calcariformem vel spatulaeformem, apice rotundato sed compresso rotulaeforme medium laminae subgenitalis tangente, emittit. Cerci crassiusculi, sat breues, pilosuli, apice incuruo, tuberculato, dilatato et nigromucronato; apices mucronati cercorum intus inflexi, partem inferiorem processus analis subconcauam sulcatam, ante emissionem appendicis compressae amplectuntur. Lamina subgenitalis longa, basi latior, deinde lateribus subparallelis et carinulato-limbatis, incurua, apice etiam in

medio carinulata, margine apicali triangulariter parum profunde emarginato, ideoque apice utrinque obtuse angulato; styli nulli.

Long. corp.	mm. 20,5	Long. fem. antic.	mm. 5
» pronoti	» 5	» fem. postic.	» 23
» elytrorum	» 28	» laminae subgenit.	» 4,5
Latit. maxima elytr.	» 6		

Un ♂ — Colon (Darien).

Oltre questo ♂, provenienti da Colon, hannovi pure due larve ♀ di cui una abbastanza sviluppata e probabilissimamente corrispondenti alla *S. Paronae*. Anche in questa ♀ le antenne sono ornate di lunghe anellature nerastre e gialliccie; il capo è costruito come nel ♂; i femori anteriori e medii sono inferiormente inermi, i posteriori portano inferiormente sul margine esterno nella metà apicale 2 piccole spine nere all'apice, e sul margine interno 3 analoghe spine; le tibie sono egualmente fatte e portano egual numero di spine egualmente disposte; sul margine posteriore del lato superiore delle tibie medie le spine sono 6-8; l'ovopositore è mediocre, ricurvo all'insù.

9 Gen. **Hormilia** (Stål) Brund.

H. Bolivari n. sp. — ♀ — *Fusca, testaceo conspersa, fusco et testaceo variegata; pronoto supra testaceo, maculis duabus posticis et duabus parvis anticis fuscis ornato; segmentis abdominis 2° et 3° supra macula magna trapezoidea fusco-nigra, nitida, lateribus linea subtili flava marginata, ornatis. Statura submodica.*

Caput modicum, fuscum, testaceo haud definite irroratum, occipite in medio et vertice flavo-testaceis. Frons nitida, macula ovali albedo-flava in fastigio praedita, et spatio fusciori subquadrato supra epistoma ornata; frons sub oculos utrinque carinula longitudinali sat irregulari et parum conspicua praedita, linea flavo-testacea ab oculo descendente, carinulae extus apposita. Epistoma lateribus incerte flavido-marginatis et punctis nonnullis fuscioribus ornatum; labrum et palpi apice testacei. Oculi parum oblongi, prominuli, grisei. Antennae setaceae, basi testaceae, dein annulis latis testaceis et fuscis ornatae. Occiput parum convexum, in medio testaceum, lateribus fusco-irroratum. Fastigium verticis angustum, testaceum, obsolete sulcatum, cum fastigio frontis subrotundato-contiguum. — Pronotum maxima ex parte supra testaceum, lateribus fuscum, modice nitidum. Dorsum pronoti ante medium distincte rotundato-constrictum, postice quam antice latius, margine antico recto, postico rotundato sed in medio paullo concaviusculo. Hoc dorsum pronoti, planum, fere subconcauum, est testaceum, carinulis lateralibus eum a lobis distinguentibus flavis; haec carinulae, ut supra dixi, arcuatae, concavitate externa, antice divergunt, ante medium pronoti convergunt, deinde rursus divergunt. Maculae duae laterales (latera tamen haud tangentes), sat magnae,

fusco-nigrae, subtriangulares, fere subcordiformes, ad marginem posticum pronoti conspiciuntur, hunc marginem parte latiori fere tangentes, oblique directae, verticibus anticis convergentibus. Post convergentiam verticium harum macularum (idest in parte postica) pronotum est longitudinaliter inter maculas carinulatum, ante convergentiam longitudinaliter usque ad quartam partem anticam sulcatum; impressionibus transversis perobsoletis. Maculae duae minores, etiam fuscae, laterales, carinulam lateralem flavam tangentes, ad marginem anticum pronoti adsunt, inter se valde remotae, irregulariter triangulares. Lobi laterales pronoti rotundato-inserti, saturate fuscis et fusco conspersi, vitta longitudinali fusciori ornati, superius infra carinulas flavas apposita, anterius a carinula secata, quamobrem macula parva antica superior fusca carinulae apposita efficitur. Margo horum loborum est limbatus, testaceo et fusco minute tessellatus, idest spatiis linearibus alterne fuscis testaceisque minutis ornatus. Hic margo subtotus rotundatus, parte infera tamen anterius obsolete subobliqua. Sulculus subobliquus anterius vergens in hos lobos conspicitur. — Elytra sat coriacea, abdomen superantia, angusta, medio gradatim subattenuata, margine antico (infero) late obsoleteque subconcavo, postico (supero) subsinuato, apicem versus gradatim subampliata, apice obtusa, idest apice inferius (antice) rotundato et supra (postice) oblique truncato. Ramus radialis ante medium furcatus, medio oriens, in marginem posticum elytri exeuns: vena ulnaris parum post ortum rami radialis angulo obtuso marginem posticum versus flexa. Haec elytra fusco et testaceo marmorata, nebulis et punctis fuscis conspersa, apice valde fusco-nebulosa et fusco punctata, margine antico (infero) a quarta parte basali subtoto punctis fuscis et testaceis fere tessellato, disco maculis 2-3 sat parvis et angustis, obliquis, in lineam longitudinalem mediam sitis, a nonnullis punctis etiam fuscis in parte basali elytri praecessis, ornato. Harum macularum posterior inter ramulos rami radialis est sita, oblique eos coniungens et ab eis limitata, altera inflexionem venae ulnaris cum oritu duorum ramulorum radialium coniungit et ab his ramis est limitata. — Alae elytris longiores, subinfumatae, venis fuscis, parte producta nigro-fusca, apice fusco et pallido conspersa, inferius fusco et pallido tessellata. — Pectus modice compressum, fuscum, lobis mesosternalibus et metasternalibus extus albido-marginatis; prosternum muticum, mesosternum et metasternum rotundatum lobata, lobis supra coxas haud productis. — Pedes sat longi, fusco et testaceo variegati. Femora antica et intermedia apice late fusca, deinde annulo testaceo ab annulo latiori fusco versus basim praecesso, ornata; basi fusco et testaceo conspersa. Femora postica basi modice incrassata, testacea, parte basali incrassata supra, extus, intusque late fusca. Tibiae anticae ed intermediae testaceae, annulis tribus sat latis sed dilutis fuscis, basali, medio, apicalique ornatae; tibiae posticae femoribus longiores,

testaceae, valde incerte obsoleteque basi dilute fusco biannulatae. Tarsi omnes fuscis. Lobi geniculares femorum omnium utrinque in spinam acutam producti; apex femorum anticorum et intermediorum supra obsolete compressiusculus, parum acuminatus; apex femorum posticorum rotundato-obtusus. Femora antica et intermedia subtus sulcata, in margine antico 2-4 spinulosa, spinulis plerumque nigris. Femora postica subtus in utroque margine a lineolis brevibus nonnullis longitudinalibus fuscis, primo intuitu spinulas simulantibus, late incerteque tessellata, spinulis tamen duabus nigris, parvis, in utroque margine, ad medium sitis, armata. Tibiae anticae foraminibus sat fuscis, in utroque latere apertis, praeditae; pone foramina parum gradatim angustatae, supra sulcatae, in margine antico 1-2 spinulosae, in margine postico 4-5 spinulosae, spina prima basali infra foramina sita; subtus, in utroque margine circiter 8 spinulosae, spinulis nigris. Tibiae intermediae supra sulcatae, in margine antico 4-spinulosae, in margine postico circiter 7-spinulosae: subtus in utroque margine circiter 10-spinulosae; tibiae posticae plurispinulosae. — Abdomen crassiusculum et sat elongatum, fusco-castaneum, fusco conspersum, dorso pallidiori sed segmentis 2° et 3° dorsalibus macula latissima fusco-nigra, velutina, trapezoidali, basi majori postice sita, ornati. Haec duae maculae unicam formant quia secunda primam continuat, latum apicale tamen primae, quia basis major trapezii est sensim latius quam latum basale secundae cum eo contiguum. Latera externa harum macularum optime delimitatarum, linea flava pulcherrime sunt marginata. Segmenta dorsalia quartum et sextum maculas duas fusco-nigras laterales, basi nebulosas et haud inter se contiguas, praebent. Segmenta dorsalia abdominis haud compressa, lateribus omnia subcarinulata, in medio marginis postici omnia (primo et duobus ultimis exceptis) spina nigra acuta armata. Venter unicolor. Segmentum anale truncatum. Lamina supraanalis parva, horizontalis, rotundato-acuminata, subsulcata, subtus crassior. Cerci sat longi, conici. Ovipositor brevis, valde compressus, subito incurvus, minute longitudinaliter punctato-rugulosus; apice valvarum superarum acuto, fere spiniformi; marginibus apice minutissime serrulatis. Lamina subgenitalis triangularis, acuminata.

Long. corporis	mm. 22	Long. partis alarum prod.	mm. 4,5
» pronoti	» 4	» femor. antic.	» 6,5
» elytror.	» 26,5	» femor. postic.	» 21,5
Latit. elytr. medio	» 3,5	» ovipositoris	» 5

Una ♀ — Colon (Darien).

PSEUDOFILLIDI.

1 Gen. **Pristes** Redt. in Brunn.

P. tuberosus (Stål) Br.

Pristes tuberosus Brunn. (4), p. 135, fig. 60.

Una ♀ — Foreste presso il rio Cianati.

Numerosi esemplari ♂ e ♀ — Foreste della laguna della Pita. (*)

Questi individui sono alquanto più grandi di quelli descritti da Brunner, misurando le ♀ fino a 56 mm. di lunghezza. Le loro parti sternali poi sono di color castagno, non nerissime, come viene indicato da Brunner.

2 Gen. **Brachyauchenus** Brunn.

Br. Festae n. sp. — ♂ — *Totus dense sed breviter minuteque pilosus; ferrugineo-testaceus, pronoto postice maculis duabus magnis eburneis ornato; statura minore.*

Caput modicum, a pronoto sat bene detectum, pilosulum, ferrugineo-castaneum, fronte nitida, castaneo-ferruginea, mandibulis concoloribus, labro flavo. Fastigium verticis triangulare, supra concaviusculum; articulus basalis antennarum robustus, spina apicali interna armatus. Oculi globosi, valde prominuli. Supra utrunque oculum fascia lata, leviter obliqua, a basi antennae usque ad pronotum perducta, parum fuscior, subtiliter nigro-marginata, conspicitur; haec duae fasciae antice convergunt. — Pronotum sat amplum, parum subsellaeforme, totum dense et minute granulosum, granulis tamen haud acutis, sat dense insuper pilosum. Margines omnes pronoti sat manifeste limbati, atque (postico excepto) granulati; in medio marginis antici tuberculum acutiusculum sed perparvum adest. Sulci duo transversi adsunt, quorum primus perparum impressus, et posticus, paulo ante medium pronoti situs, magis impressus, in lobos laterales parum oblique descendit. Sulculus etiam longitudinalis minutus, a tuberculo medii marginis antici usque ad medium sulci transversi secundi perductus et postea evanescens, adest. Lobi laterales trapezoidales, margine infero fere recto, angulo antico subrecto sed apice rotundato, angulo postico obtuso, apice valde rotundato, sesquilingiores quam altiores. Metazona pronoti parum elevata, carinis duabus lateralibus optime expressis eam a parte postica loborum deflexorum distinguentibus; haec metazona magis granulato-rugosa, margine postico limbato, laevi, rotundato-truncato, atque in medio (ab antice viso) sensim levissime concaviusculo. In hac metazona supra, postice, maculae duae magnae pulcherrime eburneae, laterales, subovales, marginem posticum et dimidiam partem internam apicalem carinarum

(*) Uno di questi ♂ presenta una notevolissima anomalia che verrà da me descritta in un prossimo lavoro.

lateralium tangentes, conspiciuntur. — Elytra abdomen aequantia, sat coriacea; pilosula, opaca, venis parum expressis, sed circiter ut in figura 73 Brunneri (4) venosa, apice rotundato-subacuminata. Campus tympanalis elytri sinistri brunneus, opacus, sat productus. — Alae infumatae. — Pectus modice latum; prosternum bispinosum; metasternum postice angustatum, foveolis inter se et a margine laterali aequè remotis, sulco transverso subrecto coniunctis. — Pedes breviusculi, dense villosi. Femora breviuscula, compressa; femora postica fortiora, basi optime dilatata. Lobi geniculares femorum, excepto lobo antico (interno) femorum intermediorum, utrinque spina modica et modice acuminata, triangulari, praediti. Femora antica subtus in margine interno (antico) 3-spinulosa; intermedia etiam in margine antico (externo) 3-spinulosa; postica in eodem margine 6-spinulosa. Tibiae anticae superne planae, inermes, conchis sat hiantibus: tibiae intermediae compressae, superne muticae; tibiae posticae superne in utroque margine spinulosae, spinulis tamen marginis interni valde robustioribus. — Abdomen modicum. Cerci breviusculi, cylindrici, pilosi, apice mucronato-incurvi. Lamina supranalis parva. Lamina subgenitalis sat elongata, haud navicularis, parum angustata, apice concava, stylis modicis haud clavatis instructa.

Long. corporis	mm. 21,5	Long. femor. antic.	mm. 5,8
» pronoti	» 6,5	» femor. postic.	» 11
» elytrorum	» 14,5		

Un ♂ — Darien.

Coll'introduzione di questa specie, la diagnosi del genere *Brachyuchenus* dovrà esser alquanto modificata, in ciò che riguarda il pronoto, i femori posteriori e l'apparato genitale del ♂.

3 Gen. **Gongrocnemis** Redt. in Brunn.

G. Danielis n. sp. — ♀ — *Parum puberula; testacea, parum fusco-variegata, pronoto superne flavo sed lobis deflexis testaceo-castaneis; statura modica.*

Caput submodicum; fronte grisea, sensim depresso-concava, epistomate flavido, fastigio verticis basi utrinque subtuberculato. Antennae subannulatae, articulo basali robusto, haud tamen in spinam producto. — Pronotum granulato-rugosum, sulcis duobus transversis optime impressis, sulco postico parum pone medium sito atque a sulculo longitudinali perbrevis in medio cruciatim secato; margo anticus rotundatus, supra occipitem sensim productus atque parvo tuberculo convexo in medio praeditus; margo posticus subtruncatus, limbatus; tuberculi parum fortiores duo in lateribus mesozonae et duo in lateribus metazonae, supra deflexionem loborum lateralium conspiciuntur. Lobi laterales haud perfecte perpendiculariter descendunt; hi lobi distincte longiores quam altiores, angulis rotundatis, margine infero late limbato et in medio subtuberculato. Color partis superioris pronoti laete flavus; color loborum

deflexorum testaceo-castaneus; colores hi duo inter se optime distincti. — Elytra testacea, perparum nitida, venis concoloribus, areolis parvis nigro-fuscis venulis transversis hinc illinc appositis. — Alae dense infumatae, venis flavidis, haud pallide circumdatis. — Pectus sat latum; prosternum bispinosum; foveolae metasternales inter se aequae remotae quam a margine laterali, sulco subcurvato coniunctae. — Pedes robusti, sat dense pubescentes. Femora antica fere non compressa, subtus in margine antico, 4-spinosa; femora intermedia compressiuscula, subtus spinis 4 praedita; femora postica basi valde incrassata, spinis nigris 9, necnon spinulis 3 etiam nigris post spinas in parte basali sitis, subtus armata. Lobi geniculares, excepto lobo interno femorum intermediorum, obtusi; sub geniculo femorum posteriorum tamen utrinque spina obtusa nigra adpressa, subcurvata, adest. Tibiae anticae femoribus aequilongae, supra planae, conchis sat hiantibus, et infra conchas haud productae, subtus, in utroque margine spinulis 6 praeditae; tibiae intermediae supra, in margine postico, bispinulosae, subtus in utroque margine 6-spinulosae; tibiae posticae supra in utroque margine 12-spinosae, spinis marginis interni parum fortioribus. Basis coxarum extus superne nigrescens. — Abdomen sat elongatum. Cerci pilosi, conici, paullo incurvi. Lamina subgenitalis parva, triangularis, apice parum incisa. Ovipositor testaceus, rectus, acute acuminatus, apice parum fuscior, marginibus minute serrulatis.

Long. corpor.	mm. 35	Long. femor. antic.	mm. 13,5
> pronoti	> 9,8	> femor. postic.	> 28
> elytrorum	> 40	> ovipositoris	> 22

Una ♀ — Foreste presso la laguna della Pita (Darien).

Questa specie è dedicata al D.r Daniele Rosa.

Coll'introduzione della *G. Danielis*, la diagnosi del genere *Gongrocnemis* dovrà esser alquanto modificata. — Per la fronte depressa, per le spine subgeniculari dei femori posteriori, e per qualche altro carattere, questa specie potrebbe anche collocarsi nel genere *Lichenochrus* (Karsch) Brunn., ma mi sembra preferibilmente situabile nel genere *Gongrocnemis* per le fossette metasternali più ravvicinate.

4 Gen. **Ischnomela** (Stål) Brunn.

I. gracilis Stål.

Ischnomela gracilis Stål (10), p. 93 — Brunn. (4), p. 218, f. 94.

Una ♀ — Tintin (Darien).

Questa ♀ è notevolmente grande, rispetto a quella le cui dimensioni vennero date da Brunner. Essa infatti presenta:

Corpo	mm. 44	Femori posteriori	mm. 37
Pronotum	> 7,5	Ovopositore	> 17
Elitre	> 54		

Aggiungasi che la diagnosi generica data da Brunner non è esatta in alcune parti, così i femori posteriori sono « *in utroque margine apicem*

versus spinis nonnullis armata » come appunto indicava Stål, e non soltanto sul margine esterno; le tibie medie poi sono superiormente solcate come le anteriori. Nell'unica ♀ raccolta dal D.r Festa i femori posteriori portano inferiormente 4-6 spine sul margine interno e 6-7 sul margine esterno; il femore anteriore destro ha una piccola spina inferiormente sul margine esterno, verso l'apice.

5 Gen. **Bliastes** (Stål) Brunn.

B. Camerani n. sp. — ♂, ♀ — *Robustus, pedibus elongatis; fusco-testaceus, nigro-fusco variegatus, geniculis pallidioribus, conchisque utrinque testaceis; breviter pubescens; statura maiore.*

Caput modicum, puberulum, maxima ex parte nigro-fuscum; occiput nigro-fuscum; fastigium verticis sulcatum, basi utrinque tuberculatum. Antennae fusco-brunneae, longissimae, sat robustae, articulo basali brunneo-testaceo in angulum obtusiusculum supra intus producto; oculi globosi, valde prominuli et sat magni, grisei. Frons depressiuscula, tenuissime obsoleteque transverse punctato-rugosula, atra; utrinque infra insertionem antennarum vitta flavo-fulva longitudinali ornata, et ante has vittas utrinque inferius carinula tuberculiformi longitudinali praedita; post vittas flavas utrinque vitta atra longitudinalis adest, ab oculo descendens usque ad palpum, et post has vittas atras genae sunt flavo-fulvae. Fastigium frontis macula parva ovali albida ornatum; epistoma albidum; labrum et mandibulae atra; palpi maxima ex parte testaceo-castanei, articulis singulis apice flavis. — Pronotum obsolete subse-laeforme, dense puberulum, totum dense et sat acute granulosum, marginibus omnibus limbatis. Color pronoti fusco-castaneus, marginibus ipsis nigris. Margo anticus late rotundatus, in medio tuberculo quam alios fortiore praeditus; sulci duo transversi adsunt, quorum anticus modice, posticus valde impressus; sulcus posticus, valde pone medium situs, in lobos laterales oblique descendit. Metazona pronoti parum elevata, margine postico rotundato-truncato, in medio levissime concavo. Lobi laterales perpendiculares, parum longiores quam altiores, subrectanguli, angulis tamen rotundatis, margine infero subrecto, anterieus tamen, ubi sulcus posticus dorsi descendens terminat, sensim convexo-curvato et inferius paullo producto, quamobrem lobi deflexi antice aliquantulo altiores quam postice videntur. — Elytra abdomen distincte superantia, parum lata, marginibus subrectis, subparallelis; apice rotundata; obscure testacea, venis flavido-testaceis, areolis ad venulas minutissimas et confertissimas appositis fuscis, necnon areolis maioribus etiam fuscis ad extremitates venarum transversalium appositis. Margo superus (idest posticus) elytrorum fuscior, venulis fuscis, et serie macularum flavarum irregularium circiter 14 parum delimitatarum, a spatiis nigris inter se separatarum, ornatus, fere tessellatus. Haec elytra circiter ut in figura 84 Brunneri (4) venosa, ramo radiali parum ante tertiam partem api-

calem excurrente. Tympanum elytri dextri in ♂ hyalinum, productum; tympanum elytri sinistri minus evolutum, sat productum, infumatum, cercine rugoso, fusco. Campus tympanalis ♀ in utroque elytro sat productus et ut caetera pars elytrorum venulosus et coloratus. — Alae amplae, infumatae, venis maioribus flavidis. — Pectus modice latum; prosternum bispinosum; mesosternum et metasternum haud lobata; foveolae metasternales in foveam unicam latiusculam coniunctae. — Pedes longi, puberuli, robusti, obscure testacei spinis nigris, geniculis pallidioribus. Coxae omnes (praecipue intermediae et posticae) subtus apice tuberculatae; coxae anticae supra spina valida armatae. Femora omnia supra teretia; lobi geniculares obtusi, mutici, excepto lobo antico (idest interno) femorum anticorum et postico intermediorum spina distinctissima praeditis. Femora antica subtus 4-5 spinosa, intermedia etiam 4-5 spinosa; femora postica basi bene incrassata, subtus 7-9 spinosa. Apex femorum, praecipue basii, fusciores, et femoribus subaequilongae. Tibiae anticae pronoto sesqui distinctissime longiores, supra planae et muticae, subtus in utroque margine spinulis 6-7 praeditae. Conchae sat hiantes, lateribus distincte et pulchre testaceae. Tibiae intermediae supra subsulcatae, muticae, dimidia parte basali quam dimidiam apicalem distincte fusciori, subtus in utroque margine spinis 6-7 praeditae. Tibiae posticae prismaticae, multispinosae. Spinae omnes femorum tibiatarumque nigrae, colore nigro basi interdum dilatato. Tarsi robusti, inferius ut in *Priste* callosi. — Abdomen robustum, castaneum, segmento ventrali septimo utrinque tuberculo modico praedito. Lamina supraanalis ♀ rotundata, supra concaviuscula; subtus, basi robustior, altior; sub lamina tuberculi duo magni adsunt. Cerci ♀ conici, perparum curvati, pilosi. Ovipositor subrectus, parum latus et parum robustus, modice elongatus; testaceus, apicem versus fuscior, basi niger, marginibus haud serrulatis. Lamina subgenitalis ♀ triangularis, sat ampla, apice obtusa, minimeque ibi concavo-emarginata. Lamina supraanalis ♂ etiam rotundata, apicem versus carinula arcuata transversa praedita. Cerci ♂ robusti, subcylindrici, pilosi, apice incurvi. Lamina subgenitalis ♂ elongata, apice satis attenuata, ibique sat profunde incisa; stylis modicis, crassiusculis, pilosis, instructa.

	♂	♀		♂	♀
Long. corpor.	mm. 47-58	52	Long. femor. antic.	mm. 15-16	16
» pronoti	» 9,5-10,5	10	» femor. postic.	» 34	34
» elytror.	» 54-56	57	» ovipositoris	» —	28

Due ♂, una ♀ ed una larva ♀ — Foreste presso il rio Cianati (Darien).

Coll'introduzione di questa specie, la diagnosi del genere *Bliastes* dovrà alquanto esser modificata per ciò che riguarda le tibie anteriori, i lobi geniculari ed il pronotum.

Pei caratteri delle tibie anteriori questa *Pseudofillide* avrebbe potuto collocarsi nel genere *Cecentromenus* Br., ma ho creduto più opportuno

ascriverla al genere *Bliastes* per le maggiori affinità che essa presenta colle specie già note di questo genere, essendo invece molto diversa dall'unico *Cocentromenus* noto.

6 Gen. **Cocconotus** (Stål) Brunn.

C. De Geeri (Stål).

Merocidium De Geeri Stål (9), p. 322 — *Cocconotus De Geeri* Stål (10), p. 89 — Brunn. (4), p. 206.

Numerosi individui ♂ e ♀ — Foreste presso il rio Cianati; foreste presso la laguna della Pita; punta di Sabana (Darìen).

Gli esemplari raccolti dal D.r Festa per alcuni caratteri non corrispondono con precisione alla specie di Stål, il che dipende in parte dalla variabilità della specie stessa.

Così, ben raramente, e solo nei più pallidi, esistono distinte le 5 fascie nere longitudinali sulla fronte, essendo invece generalmente le 3 mediane fuse insieme, per il che la faccia appare nera, essendovi poi due fascie nere che discendono dagli occhi venendo fino alla base dei palpi. In tal modo la faccia del maggior numero di questi esemplari ricorda ottimamente quella del *Bliastes Camerani* da me qui descritto. L'epistoma è in gran parte giallo, negli individui meno intensamente coloriti, ed il labbro è in massima parte nero. — Anche la colorazione nera dell'occipite e della parte dorsale del pronotum è notevolmente variabile, poichè in alcuni individui è pochissimo marcata o quasi limitata alla parte anteriore del pronotum. — I lobi laterali di questo sono poi sempre dotati di un sottile margine nero anteriore e posteriore. — Le elitre non sono « basin versus obscuriora », ma uniformemente giallastre, minutissimamente e fittissimamente variegata di bruno, essendo di color giallo o giallastro tutta l'intricata e fitta rete delle venature, ed essendo invece brune tutte le piccole e numerosissime areole che rimangono fra le anastomosi di quelle. Le elitre poi variano di lunghezza, potendo arrivare solo fino all'apice dell'addome, o potendo oltrepassare notevolmente questo. — I femori anteriori e medii portano inferiormente 3-5 spine nere; i posteriori 6-8. — Le parti genitali ♂ e ♀ sono quali vennero descritte da Stål e da Brunner; l'ovopositore però non è sempre marginato di nero.

Deve poi essere corretto un errore nella diagnosi del genere *Cocconotus* che leggesi in Brunner [(4), p. 199], là ove si dice « lamina subgenitalis ♂ haud attenuata », inquantochè quella del *C. De Geeri*, come del resto si trova anche nella descrizione stessa di Brunner (p. 206), è « valde attenuata ».

Le dimensioni degli individui raccolti dal D.r Festa sono:

	♂	♀		♂	♀
Corpo	mm. 34-43	30-40	Femori anteriori	mm. 10-11	9,5
Pronotum	» 8-8,5	7-7,5	Femori poster.	» 23	20-24
Elitre	» 35-40	38	Ovopositore	» —	16-18

C. Pollonerae n. sp. — ♀ — *Saturate testaceo-ferrugineus, occipite pronotique dorso atris, elytris longis, valde fusco-conspersis, pedum spinis concoloribus; statura modica.*

Caput subglobosum, saturate testaceum; occipite atro parum nitido; fastigium verticis ut occiput atrum, sulcatum, sat acuminatum. Antennae ferrugineo-brunneae, articulis 2 basalibus anterieus maxima ex parte nigro-fuscis; fastigium frontis sicut basis antennarum nigro-fuscum. Frons et genae unicolores, testaceo-ferrugineae; fronte hinc illinc castaneo dilute notata, fere infumata, et anterieus utrinque macula sat discreta et sat magna, subrotunda, subtus uniuscuiusque antennae insertionem, flavida, ornata. Epistoma flavum, punctis duobus minimis lateralibus notatum, et ad limitem superum (idest ad contactum cum fronte) lateribus distincte transverse linea parva nigra praeditis. Labrum fuscum, apice testaceum, basi flavidum; mandibulae et palpi ferrugineo-testacei, illae apice anterieus obscuriores, hi singulis articulis apice flavis. — Pronotum sat constrictum, sat dense, sed modice argute, granulatum; supra aterrimum, haud nitidum: lobis deflexis, testaceo ferrugineis sed marginibus antico et postico atris. Pronoti dorsum magis granuloso-rugosum quam lobos laterales; margine antico parum rotundato et tuberculo medio parvo sed acuto praedito; sulcis duobus distincte impressis, quorum postico sensim post medium sito: margine postico rotundato, sed in medio distincte, quamvis paullo, concavo-emarginato, limbato. Lobi deflexi parum longiores quam altiores, subrectangulares, angulis tamen rotundatis, praecipue angulo antico valde rotundato, marginibus limbatis, superficie parum rugosa, subnitidi, anterieus paullo quam postice altiores. — Elytra longa, apicem ovipositoris superantia, sat angusta, primo intuitu testacea, valde creberrimeque fusco-conspersa, parte basali dorsuali horizontali interna (idest campo tympanali) tota fusca. Creberrima reticulatio enim elytrorum venulis flavis constat, exceptis venis radialibus ferrugineis, ulnaribusque testaceis, exceptisque venulis campi tympanalis totis ut areolis fuscis. Areolae omnes inter venulas sunt fuscae, et insuper ad basim majorum venarum transversalium adsunt areolae fuscae maiores, quamobrem elytra videntur testacea minute creberrimeque fusco-conspersa, atque maculis hinc illinc irregularibus, sat parvis, fuscis, insuper notata, venis transversis appositis. — Alae infumatae, venis flavidis, Pectus sat compressum, prosterno breviter bispinoso, mesosterno fovea unica praedito. — Pedes elongati, puberuli, ferrugineo-testacei, spinis concoloribus; tibiis femoribusque apicem versus saturatioribus. Femora antica subtus 2-3 spinulosa. Tibiae anticae supra planae, inermes, totae (hoc etiam de aliis tibiis notandum) saturate ferrugineae, unicolores; conchis concoloribus parum hiantibus; subtus in utroque margine 7-spinulosae. Femora intermedia compressa, subtus 3-spinulosa. Tibiae intermediae supra subsulcatae, inermes, subtus in utroque margine 6-7 spinulosae. Femora postica basi incrassata,

subtus, apicem versus, 5-6 spinulosa. — Abdomen obscure testaceum, dorso infuscato. Lamina supraanalis sat parva, obtuse rotundata, concaviuscula; cerci conici, pilosuli. Ovipositor robustus, latiusculus, valde compressus, margine supero fere recto, a tertia parte basali minute serrulato, nitens, testaceus, basi subfuscus, in dimidia parte apicali late saturateque ferrugineo-marginatus, apice acuto. Lamina subgenitalis compressiuscula, sat parva, subtriangularis, apice tamen obtuse rotundata et apice ipso leviter emarginato.

Long. corpor.	mm. 36	Long. fem. postic.	mm. 28
» pronoti	» 7	» ovipositoris	» 21
» elytrorum	» 47,5	Latitudo maxima ovipos.	» 3,5
» femor. antic.	» 13		

Una ♀ — Foreste lungo la laguna della Pita (Darlen).

Questa specie presenta probabilmente qualche affinità col *C. nigrescens* Br. e col *C. aethiops* Br.

7 Gen. **Leptotettix** (Stål) Brunn.

L. Gigliotosi n. sp. — ♂, ♀ — *Testaceo-virescens, pronoto ♂ supra ample et valde distincte triangulariter flavo, abdomine in utroque sexu marginibus posticis segmentorum sat late (praecipue superne) transverse nigro-fasciatis, cercis ♂ longis; statura modica.*

Corpus agile, pedibus sensim elongatis; primo intuitu glabrum, at tamen hinc illinc breviter obsoleteque pubescens. — Caput modicum, sat parvum, paullo verticaliter elongatum, pallide flavescens; fronte parum convexa, fastigio (praecipue et distinctius in ♂) macula eburnea ovali notato. Labrum, palpi, mandibulae (apice tamen subinfuscaetae) cum fronte concolores. Oculi globosi, prominuli, grisei, transverse suboblique fusco-fasciati, colore fusco lineolam transversam pallidam includente. Fastigium verticis breve, sulcatum, basi utrinque tuberculatum. Antennae longissimae, graciles, basi fere contiguae, articulo basali mutico, annulis inter se distantibus pallidis ornatae. — Color pronoti in ♀ uniformiter pallide testaceus totus; pronotum ♂ maxima ex parte saturate testaceum, sed supra pulcherrime flavum, idest fascia lata triangulari flava ornatum, vertice antico a medio marginis anteriori oriente, basi postica marginem posticum tangente sed totum hunc marginem non occupante, quamvis vero subtotum fere usque ad insertionem loborum deflexorum invadat. Haec fascia flava, cuius forma est trianguli isoscelis elongati vertice valde acutangulo praediti, optime est distincta et delimitata, quia color saturate testaceus laterum pronoti in eam non transit, sed etiam rectilineo ad latera fasciae saturatior videtur. Pronotum in utroque sexu rugulosum totum, minute granulosum etiam in lobis deflexis; margine antico rotundato, in medio tuberculo minimo, tamen sat distincto praedito, margine postico rotundato-truncato. Sulci duo sat impressi, quorum posticus in medio pronoti situs et in ♂ a sulculo longitudinali perbrevis cruciatim et secatus. Lobi laterales longiores

quam altiores, fere rectangulares, limbati, margine infero recto, angulis rotundatis. — Elytra parum coriacea, abdomen in utroque sexu parum superantia, marginibus subparallelis, circiter ut in figura 98 Brunneri (4) confecta et venosa, apice sat rotundata. Haec elytra testaceo-viridia, margine supero (postico) praecipue in ♂ flavo-limbato, idest linea flava marginali post tympanum oriente ornato; haec linea tamen, a supero tantum conspicua, a colore testaceo obscuriore lateris hinc illinc, praecipue in ♀ est subinterrupta, fere tessellata. Tympanum in utroque elytro ♂ sat productum; in elytro dextro maior, magisque productum, hyalinum; in sinistro paullo minor, optime infumatum. — Alae infumatae. — Pectus sat angustum; prosternum primo intuitu muticum, tamen tuberculis duobus parvis triangularibus sat acutis praeditum; metasternum fovea unica parva subovali ornatum. — Pedes sat longi, puberuli. Coxae anticae spina armatae. Femora supra teretia, lobis genicularibus, excepto lobo interno (postico) femorum intermediorum, muticis; apex loborum saepe utrinque albedo-flavum. Femora antica et intermedia subtus 3-5 spinosa, spinis basi apiceque nigris; femora postica, basi incrassata, subtus 6-8 spinosa, spinis maxima ex parte nigris. Tibiae compressae, longitudinem femorum parum superantes. Tibiae anticae supra planiusculae, muticae, conchis sat hiantibus et concharum lateribus plus minusve distincte ovato eburneis; tibiae intermediae supra subsulcatae et ut anticae utrinque muticae. Tibiae anticae et intermediae subtus, in utroque margine 6-spinulosae. Tibiae posticae multispinulosae. — Abdomen testaceo-virescens, nitidum, segmentis omnibus margine postico sat late (praecipue superne) transverse nigro-fasciato, fasciis in medio latioribus et ad latera angustioribus, evanescentibus. Segmentum anale supra totum nigrum, in ♂ parum pubescens et parum concavo-impressum. Lamina supraanalis ♂ inflexa, sat nitida, nigra, rotundata, pubescens, basi altior, supra leviter concavo-depressa. Cerci ♂ testacei, valde longi, latitudine subquintuplo longiores, pubescentes, subcylindrici, apicem versus tamen subattenuati sed apice ipso dilatato subclavato, clava compressa lateribus punctato-subconcava et spinulis duabus apicalibus nigris armata, quarum supera maiore, inflexa. Lamina subgenitalis ♂ elongata, ut venter testacea, apice tamen brunnescens, ibique minute et sat crebre transverse rugulosa, lateribus tantum carinata, stylis brevibus pubescentibus instructa; longitudo stylium tertiae partis laminae longitudinem parum superat. Segmentum anale ♀ etiam nigrum, sed glabrum, impressione apicali parva tantum praeditum. Lamina supraanalis ♀ nigra, nitida, inflexa, subrotundata. Cerci ♀ elongato-conici, flavicantes. Ovipositor sat brevis et sat robustus, rectus, basi testaceus, apice saepe fusco-niger, acuminatus, margine supero apice serrulato et basi subincurvato, margine infero basi subconcavo, deinde subconvexo. Lamina subgenitalis ♀ parva, subtriangularis, sat emarginata, lobis rotundatis.

	♂	♀		♂	♀
Long. corpor.	mm. 37	35-37	Long. femor. antic. mm.	11,5	12,5-13
» pronoti	» 7	6,5-7	» femor. postic. »	24,5	25-27
» elytror.	» 38	40-41,5	» ovipositoris »	—	15,5

Un ♂ ed una ♀ — Punta di Sabana (Daríen). — Una ♀ — Foreste del rio Lara (Daríen). — Una ♀ — Foreste del rio Cianati (Daríen).

Coll'introduzione di questa specie la diagnosi del genere *Leptotellix* dovrà essere alquanto modificata per ciò che riguarda i cerci del ♂ e le tibie medie.

CONOCEFALIDI.

1 Gen. **Copiophora** (Serv.) Redt.

C. brevirostris Stål.

Copiophora brevirostris Stål (10), p. 105 — Redt. (6), p. 344. tab. 3, f. 5.

Un ♂ ed una ♀ — Foreste del rio Cianati (Daríen). — Due ♀ — Tintin (Daríen). — Una ♀ — Foreste della laguna della Pita (Daríen).

Stål e Redtenbacher non descrissero che delle ♀ e la descrizione che danno di queste non è propriamente completa, essendo le dimensioni del corpo e principalmente dell'ovopositore assai più variabili di quanto venga scritto da quegli autori.

Dallo studio degli individui raccolti dal D.r Festa mi risultano degni di esser menzionati i seguenti caratteri:

Le antenne sono in massima parte di un verde-giallognolo pallido, ma verso l'apice divengono brune, ornate di rare anellature gialliccie ben distinte. La grande macchia bruna frontale può estendersi o non estendersi all'epistoma. — Il pronotum è ornato nel ♂ ed in alcune ♀ di due fasce longitudinali superiori brune nella parte posteriore del dorso, divergenti posteriormente, ove giungono fino al margine posteriore, convergenti invece verso il mezzo del pronotum ove svaniscono mentre sembrano poi continuarsi anteriormente con due altre piccole fasce brune sfumate, lievemente divergenti e che giungono divergendo fin quasi all'orlo anteriore. Le fasce posteriori stanno sulle linee d'inflessione dei lobi laterali. — Le tibie medie portano superiormente 3 spine; l'ultimo articolo dei tarsi non è nero, ma ha soltanto la base delle lamelle laterali spesso indistintamente bruna, oppure di questo colore il peduncolo mediano sostenente gli uncini. — Le elitre sono ornate, spesso in modo affatto indistinto, di 2-3 serie longitudinali di punti brunicci, poco numerosi e mediocrementemente marcati, situati nella metà interna o superiore, ossia al disopra delle vene radiali. Il campo timpanale destro del ♂ è quasi liscio, limpido, quello dell'elitra sinistra è ornato di vene irregolari, intricate, e di una *vena plicata* trasversale ben marcata, anteriormente bruna e fornita pure posteriormente di una piccola tinta bruna. — L'ovopositore è spesso lunghissimo, assai più di quanto sia

indicato da Redtenbacher. Il segmento anale del ♂ ha il margine posteriore concavo, coi lati pure leggermente concavi e due piccole prominenze angolari fra la concavità mediana e le due laterali. La lamina sopraanale è obliquamente inflessa all'indietro, solcata al mezzo. I cerci sono robusti, più brevi della lamina sottogenitale, alquanto sinuosi, ottusi all'apice, muniti di un dente interno pure ottuso nella terza parte apicale, concavi internamente dopo questo fino alla base. La lamina sottogenitale è abbastanza larga e lunga, incisa mediocrementemente all'apice ad angolo quasi retto, piuttosto arrotondato al vertice, e fornita di stili molto brevi.

	♂	♀		♂	♀
Lungh. del corpo	mm. 40	45-48	Lungh. dei femori		
» » pronotum	» 9,9	9,5-10	posteriori	mm. 21	21-26
» delle elitre	» 54	50-59	Lungh. ovopositore »	—	64-85,5-95,5

2 Gen. **Conocephalus** (Thunb.) Redt.

C. guttatus (Serv.) Redt.

Conocephalus guttatus Redt. (6), p. 392, tab. 3, fig. 33.

Due ♂ e quattro ♀ — Punta di Sabana (Darien). — Un ♂ e una ♀ — Colon (Darien). — Un ♂ — Foreste del rio Lara (Darien).

Uno dei ♂ di Punta di Sabana, per la lunghezza un po' maggiore del « fastigium verticis », potrebbe riferirsi alla varietà *C. nigropunctatus* Redt. (6), p. 391, tab. III, f. 32. Il ♂ di Colon è distintissimo pel colore testaceo-ferrugineo scuro; ha le elitre ornate di due serie longitudinali poco spiccate di punti nerici, 3 punti gialli distintissimi sull'orlo posteriore del pronotum e 3 minori sull' anteriore, porta visibilissima la linea gialla che discende obliquamente dagli occhi ed ha il « fastigium verticis » nero-bruno inferiormente, ferrugineo superiormente, con una linea apicale curva giallognola che divide queste due colorazioni. La sommità della fronte, che è tutta oscura, è ornata in questo ♂ di un ocello ovale giallo, molto appariscente.

C. muticus Redt.

Conocephalus muticus Redt. (6), p. 393.

Tre ♂ e tre ♀ — Punta di Sabana (Darien).

La fascia nera inferiore del « fastigium verticis » si mostra in questa specie alquanto variabile, potendo esser ridotta ad una semplice linea trasversale o potendo occupare tutto il lato inferiore di questo « fastigium ». In una ♀ infatti fra quelle raccolte dal D.r Festa, tale lato inferiore è tutto nero.

C. mexicanus (Sauss.) Redt.

Conocephalus mexicanus Redt. (6), p. 395.

Un ♂ ed una ♀ = Punta di Sabana (Darien).

C. frater Redt.

Conocephalus frater Redt. (6), p. 399.

Un ♂ e due ♀ — Punta di Sabana (Darìen).

Nel ♂ anche i femori posteriori sono inferiormente bruni. In tutti gli individui il pronotum presenta le due fascie laterali brune sul lato esterno delle linee d'inflessione dei lobi, e queste sono continuate alquanto sopra le vene radiali delle elitre; inoltre il pronotum ha il primo solco trasversale anteriore tinto di bruno, due linee sfumate longitudinali mediane bruniccie, fra le quali e ai lati delle quali si trova una linea giallastra; altre due linee o fascie più sfumate, bruniccie, si possono vedere nel ♂, fra queste e le linee d'inflessione dei lobi laterali che superiormente sono pallide. Negli stessi lobi laterali si continua la linea gialliccia obliquamente discendente dagli occhi, e che in questi lobi diviene orizzontale. Le elitre sono nel ♂ notevolmente variegate di bruno; esse hanno un sottile ma distinto margine esterno anteriore bruno; le ali invece hanno un margine esterno giallo verso l'apice.

C. surinamensis Redt.

Conocephalus surinamensis Redt. (6), p. 423.

Un ♂ — Colon; due ♀ — Punta di Sabana (Darìen).

Questi individui sono notevolmente grandi; essi presentano 1-2 spine ai femori anteriori; 2-4 spine ai femori medii; 7-8 spine sul lato esterno inferiore dei femori posteriori. Le loro dimensioni sono le seguenti:

	♂	♀		♂	♀
Corpo	mm. 31	32	Femori posteriori	mm. 21	24-24,5
Pronotum	» 8,2	8	Ovopositore	» —	21,5-23
Elitre	» 38	45,5-46,5			

3 Gen. Bucrates (Burm.) Redt.

B. capitatus (De Geer).

Locusta capitata De Geer (5), p. 455. tab. 40, fig. 1 — *Bucrates capitatus* Burm. (1), p. 709 — Redt. (6), p. 429, tab. 3, fig. 48.

Un ♂ — Tintin (Darìen). — Un ♂ — Punta di Sabana (Darìen).

De Geer, Burmeister, Redtenbacher, non descrissero che delle ♀; credo quindi utile il dare qualche notizia sui ♂ da me esaminati.

Essi sono di color testaceo scuro, ornati di due fascie longitudinali laterali nere sul pronotum, sopra le linee d'inflessione dei lobi laterali, continuate sulle elitre marginando di nero il campo timpanale, ossia la parte orizzontale basale superiore che è assai sviluppata in lunghezza. Il pronotum, rispetto a quello della ♀ (fig. 48 di Redtenbacher) è dotato di lobi laterali molto meno alti. Le elitre portano alcune punteggiature irregolari e poco marcate, bruniccie; le tibie anteriori portano superiormente, alla base, 2-3 macchie nere talora riunite a formare una striscia basale longitudinale nera irregolare; le tibie medie invece ed anche le posteriori, quantunque meno spiccatamente, portano alla base due macchiette laterali nere puntiformi, ornamento che spesso si riscontra sulle tibie posteriori dei *Conocephalus*. I femori anteriori portano 0-2 spine apicali inferiormente; i femori medii ne portano 4; le

spine dei femori posteriori sono nere soltanto all'apice. Il segmento anale porta da ambo i lati un dente acuto, volto all'infuori; la lamina sopraanale è inflessa perpendicolarmente fra i cerci, solcata al mezzo; i cerci sono robusti, grossi, pelosi, ottusi all'apice, e forniti internamente presso l'estremità di un grosso dente pure peloso, terminato da una spina acuta, nera. La lamina sottogenitale è grande, depressa ai lati, un po' incisa ad angolo all'estremità e dotata di stili molto depressi. Le antenne sono ferrugineo-testacee, ornate di punti nerici, radi e poco marcati; il capo è in massima parte di un cinereo sudicio, col tubercolo del vertice ampio, pallido anteriormente, quasi giallognolo; l'epistoma, il labbro ed i palpi sono pure giallognoli.

Corpo	mm. 32-34,5	Elitre	mm. 41-44
Pronotum	» 9,9-10,1	Campo timpanale	» 20 circa
Altezza mass. dei lobi laterali del pronotum	» 5,2	Femori posteriori	» 23,5

4 Gen. **Agroccia** (Serv.) Redt.

A. Festae n. sp. — ♂, ♀ — *Sat nitida*; *pallide albido-flavescens*; *pronoto margine antico truncato, lineis duabus lateralibus flavis ornato in marginem posticum (superum) elytrorum continuatis*; *campo tympanali in utroque sexu hyalino. Statura gracili.*

Caput modicum, conicum, fronte valde reclinata, totum pallidum, albido-flavescens, oculis sat parvis, subglobosis, griseo-fuscis. Labrum magis flavum. Frons sat nitida, supra epistoma paullo concava, ibique macula ovali parum perspicua, concolore, praedita, lineolis longitudinalibus approximatis in medio etiam concoloribus et parum perspicuis ornata, fastigio ocello subrotundo albido notato. Occiput fere planum; verticis fastigium subconicum, compressum, cum capite concolor, articulo primo antennarum longior, cum eo superne aequilatus, subtus quam eum valde angustius. Apex fastigii compressus, obtuse rotundatus, magis flavescens; latera fastigii ad medium et parum superne ocellum albidum gerunt. Latera dorsi fastigii occipitisque utrinque lineolam longitudinalem obsoletam flavam ferunt, quae lineolae in pronotum continuantur. Antennae totae albae, graciles, articulo primo sat lato, intus apice in processum obtusum producto, ibique flavescens. — Pronotum sat nitidum, quamvis rugulosum, totum pallide albido-flavescens, lineis duabus longitudinalibus flavis superne, supra inflexionem loborum lateralium sitis, ornatum. Margo anticus dorsi pronoti truncatus, in medio obsolete subconcavus; margo posticus subtruncatus, sensim tamen rotundatus. In tertia parte antica dorsi sulcus transversus optime conspicitur in lobos laterales evanescens. Hi lobi deflexi longiores quam altiores, postice quam antice altiores, angulo obtuse rotundato inserti; angulo antico obsoleto sed sat conspicuo, deinde rotundati. — Elytra pallide albido-flavescens, abdomine (etiam cum ovipositore) femoribusque posticis

longiora, apice rotundata, sat angusta, textura tenera, campo tympanali extus et margine supero (postico) toto lineola flava longitudinali limbatis. (Haec duae lineae lines pronoti occipitisque continuant). Venae radiales et ulnaris albido-flavescentes; campus anticus (praeradialis) subpellucidus: campus tympanalis in utroque elytro et in utroque sexu hyalinus, in ♂ vena plicata antice parum conspicua praeditus. — Alae elytris aequilongae, albido-hyalinae, margine antico flavescente. — Prosternum bispinosum; mesosternum et metasternum transversa, obsolete lobata. — Pedes albido-flavescentes, puberuli, parum elongati. Femora omnia supra teretia; antica subtus 0-2 spinulosa, intermedia 3-4 spinosa; postica, basi incrassata, extus 8-spinosa, intus, apice, 1-2 spinulosa. Lobi geniculares femorum omnium utrinque spinosi; lobi tamen anticorum postici minus spinosi. Tibiae anticae et intermediae supra teretes, subtus in utroque margine 5-spinulosae; tibiae posticae multispinulosae. — Abdomen modicum, pallidum. Genitalia ♂? Ovopositor incurvus subfalcatus, apice acuminatus ibique obscurior; lamina subgenitalis ♀ parva, subrotunda, sulcata.

	♂	♀		♂	♀
Long. corpor.	mm. 16	20	Long. femor. postic.	mm. ?	11,5
» pronoti	» 4,5		» ovipositoris	» —	9
» elytror.	» 22,5	24,5			

Un ♂, una ♀ ed una larva ♀ — Foreste del rio Lara (Darien).

Il ♂ manca di femori posteriori ed ha l'estremità dell'addome putrefatta.

5 Gen. **Xiphidium** (Serv.) Redt.

X. angustifrons Redt.

Xiphidium angustifrons Redt. (6), p. 524.

Un ♂ e quattro ♀ — Punta di Sabana (Darien). Una ♀ — Colon (Darien).

In questi individui le tibie anteriori presentano da ambo i lati 5-7 spine; i femori posteriori sono pochissimo punteggiati e forniti inferiormente di 2-4 spine; i lobi geniculari di questi femori sono bispinosi da ambo i lati. La lamina sottogenitale della ♀, non descritta da Redtenbacher, è arrotondata, indistintamente troncata all'apice, quella del ♂ è tronca e lievissimamente concava all'estremità. Gli altri caratteri concordano pienamente con quelli dati dalla diagnosi di Redtenbacher; la fascia dorsale bruno-nera dell'occipite e del mezzo del pronotum è molto intensa e ben marcata. Le dimensioni di questi esemplari sono:

	♂	♀		♂	♀
Corpo	mm. 14	13-17,5	Femori posteriori	mm. 13,4	15-15,5
Pronotum	» 3,3	3,2-3,4	Ovopositore	» —	9-9,5
Elitre	» 8,2	7,8-9			

X. propinquum Redt.

Xiphidium propinquum Redt. (6), p. 522.

Riferisco a questa specie numerosissimi individui di Punta di Sabana, Colon, Tintin (Darien) e di Macuto la Guayra (Venezuela).

Si riscontra nondimeno una grande variabilità di caratteri fra questi esemplari, con ogni graduale passaggio fra i termini estremi.

Così, i femori posteriori presentano 0-3 piccole spine variamente collocate; frequentemente in uno stesso individuo un femore porta 1 spina e l'altro ne porta 3; i lobi geniculari di questi femori sono dotati di 1-3 spine. La fascia dorsale bruna dell'occipite e del pronotum varia notevolmente d'intensità, potendo esser molto scura, oppure pallida, o, frequentemente, più pallida al mezzo e più scura ai lati, apparendo fiancheggiata da due linee longitudinali più scure, a fianco delle quali, esternamente, esistono le due linee giallognole poco distinte. Anche le elitre variano, principalmente nella ♀, di lunghezza rispetto al pronotum. L'ovopositore è per lo più dritto. Le dimensioni principali sono:

	♂	♀		♂	♀
Corpo	mm. 12-15,7	13-18,5	Femori poster.	mm. 12-13,2	12,5-15
Pronotum	» 3,2-3,5	3,1-3,5	Ovopositore	» —	9-12,2
Elitre	» 6,5-7,3	3,3-5,7			

X. fasciatum (De Geer) Redt., et var. **saltator** (Sauss.) Redt.

Xiphidium fasciatum Redt. (6), pag. 506.

» *saltator* Redt (6), p. 507. = var.

Un buon numero di individui — Punta di Sabana (Darien).

Essi hanno le dimensioni e la colorazione dello *X. fasciatum* e come in questo i femori posteriori dotati di 0-1 piccola spina inferiormente; la lunghezza però dell'ovopositore è quella dello *X. saltator*, specie così simile alla prima, che credo non possa assolutamente distinguersi che tutt'al più come varietà vivente colla specie nelle medesime località. Gli individui raccolti dal D.r Festa costituiscono un reale passaggio fra l'una e l'altra forma. La fascia dorsale del loro pronotum è d'ordinario lievissimamente bruniccia, segnata lateralmente da due linee più scure, fiancheggiate da due linee giallognole.

Le dimensioni principali di questi esemplari sono:

	♂	♀		♂	♀
Corpo	mm. 14,5-17	15,5-18,5	Parte di ali sporg.	mm. 3,5-4,5	4
Pronotum	» 3,5	3-3,5	Femori poster.	» 12,5-14	14-15,5
Elitre	» 17,5-18,5	19-21	Ovopositore	» —	12

6 Gen. **Thysdrus** (Stål) Redt.

Th. mantispa (Boliv.) Redt.

Thysdrus mantispa Redt. (6), p. 536.

Un ♂ e due ♀ — Punta di Sabana (Darien).

Una ♀ ed una larva ♂ — Macuto la Guayra (Venezuela).

Un ♂, una ♀ ed una larva ♂ — Rio do paso real (Puerto Cabello).

Th. teres (De Geer).

Locusta teres De Geer (5), p. 458, tab. 40, fig. 5 — *Thysdrus teres* Stål (10), p. 116 — Redt. (6), p. 535.

Una ♀ — Darien.

Quest'unico individuo, in poco buon stato di conservazione, ha il pronotum ornato di una fascia longitudinale mediana verde come nel *Th. nemoptera* Boliv., le sue dimensioni però, il colore delle elitre, le tibie anteriori dritte, le spine delle zampe, corrispondono invece a quanto si osserva nel *Th. teres*.

GRILLACRIDI.

1 Gen. **Hyperbaenus** Brunn.

H. Festae n. sp. — ♂ — *Pilosus, stramineus, concolor: oculis oblongis, nigris; elytris amplis, sed primo intuitu sat angustis quia elytrum dextrum alas, elytrum sinistrum dextrum alasque superne involvit; segmento abdominali octavo spinulis duabus nigris inferius vergentibus, segmento nono spinulis etiam duabus nigris sursum vergentibus, praeditis; statura sat gracili.*

Caput modicum, longè sed haud conferte pilosum, pallidum, mandibulis apice bidentatis ibique brunneis, oculis ovato-oblongis, nigris. Frons, labrum palpique pallida; fastigium frontis macula ovali albida perparum conspicua ornatum. Vertex sat latus, fastigio pallido inter antennis fere albicante et articulo primo antennarum parum latiore. Occiput stramineum, nitidum. Antennae robustae, longae, pubescentes, stramineae. — Pronotum breve, nitidum, limbatum, postice perparum productum ibique rotundato-truncatum; margine antico obsolete rotundato, disco sat inaequali. Lobi deflexi haud perpendiculares, subquadrati, angulis tamen rotundatis, angulo obtuso inserti. — Elytra staminea, sat ampla, ovata, latitudine maxima (mm. 8,3) pone medium sita, apice subrotundata, subtota regulariter reticulata, spatiis inter venulas confertis, maxima ex parte subquadratis: campus tympanalis etiam hoc modo reticulatus. Haec elytra, abdomen subduplo superantia, primo intuitu videntur angusta, quia superne curvato-inflexa; et vero elytrum dextrum alas supra intusque involvit, elytrum sinistrum dextrum alasque ab hoc jam involutas eodem modo supra involvit et regulariter in dextram partem descendit ultra medium partis erectae elytri dextri. — Alae subhyalinae, elytra obsolete superantes, eodem modo conferte reticulatae, maxima ex parte reticulatis quadratis. — Pectus latiusculum inerme. — Coxae anticae spinula armatae. Pedes pilosi. Femora antica et intermedia subtus inermia; femora postica elytro dimidio breviora, sat incrassata, subtus in utroque margine apicem versus spinis 4 apice fuscis armata. Tibiae anticae supra fusciores, teretes, subtus in utroque margine spinis quinque armatae, binis prinis longioribus, caeteris sensim longitudine decrescentibus; tibiae intermediae eodem modo confectae et spinosae; haec spinae omnes pilosae, apice mucrone acuto et sat longo, subincurvo, praeditae. Tibiae posticae subtus in utroque margine, exceptis 4 calcaribus api-

calibus apice nigris, spina unica subapicali praeditae, supra in margine interno 5-6 spinosae, in margine externo 7-spinosae, spinis apice fuscis. — Abdomen modicum, sat nitidum. Segmentum octavum dorsale sat magnum, convexum, postice sulco medio longitudinali sat lato, subconvexo, praeditum, et in hoc sulco apicem versus spinulis duabus nigris inferius vergentibus, in tumescentia quadam sitis, armatum. Segmentum nonum sub octavo fere absconditum, perpendiculariter inflexum, planiusculum, carinulis duabus mediis apicem versus (idest inferius) convergentibus praeditum, ibique spinulas duas nigras incurvas, sursum vergentes, ferentibus. Cerci sat longi, pilosuli. Lamina subgenitalis apice late et sat profunde rotundato-emarginata, lobis triangularibus, apice emarginationis acutiusculo.

Long. corp.	mm. 15	Latitudo maxima elytr.	mm. 8,3
» pronoti	» 3	Long. femor. antic.	» 5
» elytror.	» 26	» femor postic.	» 9,5

Un ♂ — Punta di Sabana (Darien).

INDICAZIONI BIBLIOGRAFICHE.

1. BURMEISTER H. — *Handbuch der Entomologie*. II Band, II Abtheil., Berlin, 1838.
 2. BRUNNER VON WATTENWYL C. — *Monographie der Phaneropteriden*, Wien, 1878.
 3. — *Additamenta zur Monograph. der Phaneropteriden*, Verhand. d. K. K. Z.-B. Gesellsch in Wien, XLI Band, 1891.
 4. — *Monographie der Pseudophylliden*, Wien, 1895.
 5. DE GEER C. — *Mémoires pour serv. a l'Hist. des Insectes*, tom. III, Stockholm, 1773.
 6. REDTENBACHER I. — *Monographie der Conocephaliden*. Verhand. d. K. K. Z.-B. Gessellsch. in Wien, XLI Band, 1891.
 7. SAUSSURE H. — *Orthoptera nova Americana*. Revue et Magaz. de Zoologie, Mars 1861.
 8. SCUDDER S. H. — *The Orthoptera of the Galapagos Islands*. Bullet. of the Museum of Compar. Zoology at Harvard College, Cambridge U. S. A., 1893, vol. XXV, n. 1.
 9. STAL C. — K. Svenska Fregatten Eugenie's Resa etc. *Orthoptera*, Stockholm, 1858.
 10. — *Recensio Orthopterorum*, vol. II, Stockholm, 1874.
-